



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

89. Neophytorum eximia pietas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

docilitas, & Doctoris Philippi pietas, fratrumque secundi Literarum ordini s duorum Stephani, & Thomæ, experientium nostrorum operam fruges spondebant vberimas; de quibus proximè, nam cadente hoc anno illuc tantum peruenit. Laudauitque mirificè accuratissimum laborem & formam Christianæ institutionis ad quam Neophytos Christianiani finxerat P. Rocca, in Prouincia Chiansi; quod tanquam specimen communis diligentiae nostrorum ad formandum vbiq; in Italia Christum ex eodem Vagnonio refero. Ait enim Romæ ad Lusitanos Assistentem, grato foret ac pio R. vestrae spectaculo Christianitas hæc à P. Rocca fundata, & prouecta: componunt eam ferè Literati, & honestissimi homines, sic tamen seduli ad diuina vt sacris ambiant in ecclesiæ castala ministrare, ornare altaria, operam omnem Ecclesiæ præstare Deum cantu & verbis habere perpetuo in ore, ac licet ab rebus externorum valdè abhorreant, quæ tamen in his ad cultum animi, & Deum attinent, iis singulariter affici, nata est crescitque nunc etiam inter angustias paupertatis, & insectantium, aduersariorum, ex quo illi progressus feliciores auguramur. Nobis domum facit sacra ædificata cum tuguriolis duobus quæ sediculo, lectulo, mensæ palmo implentur penitentiæ, sed iis mentem Deus voluptatibus diffundit, vt sua Romanis, & Contabricsibus Collegis non inuideamus ambulacra.] Quod idem cum Rocca pronum fuit & aliis dicere, sub noctem præcipuè post laboriosum diem, cum vacua opera se domum reciperent. Caifuni certè in Prouincia Honana quadrimestri toto nullum Trigaultius, Christo lucratus est; sed quo erat iis sterilius in speciem labor; eò vberius interiora gaudia exaggerabant solidum meritum voluntatis, diuino vbiq; nutui conformata, siebátque non rarè, vt messem sæpius stementi grauiditas falleret, & vice versa de inculto solo messis opima ditaret agricolas, quò intelligerent in perducendis ad Deum animis, Deo omnia, nihil sibi arrogare, vt qui reuera nihil possent, nihil agerent, nisi manum aratro Dei spiritus admoueret. Cæteris Patribus nouus dedit hic annus Christianorum colonias, & veteres auxit, Sambah maximè, ideirco hic memini, ne præmitterem conuersionem decrepiti supra octogenarium quinquennis. Capularem senem, oblitum, ac frigide in exitium pergentem, incredibili dolore prosequitur filius Christianus, nihilque precando, suadendo, terrendo præteribat, quo illum à præcipitio arceret. Cui senex vitæ antea fiducia plenus, æquis, aiebat caput quassans, Deorum omnium modo æquus est, vt esse omnino Deos decet, inferis me addicat; vt tutè mihi pergis o cinere, si vt vixi hætenus vixero; quantum daturum se mihi præbeat cognitorem, nec homicidam profecto me, nefarem, neque adulterum, in omni vita vsquam comperiet, sed è contrariò, pium misericordem, ieiuniis, Bonziis, peregrinationibus inter paucos singulariter addictum. Hac præsentia, quanquam sui delictus ignorantia, peribat miser, misero filio, parentis interitum afflicta lacrimis.

89.
Neophytorum
extimia
pietas.

90.
Senis stolidè
præsentis
conuersio.